VIII. Hirec magnum terminale Hiphil, sæpe, præsertim in Futuris, mutatur in cognatum zeri, ut תֵּאָכֵל cibabis.

Non valet apud cæter.

IX. Ad orthographiam spectat: 6. literis בְּגַד כְּפַת ab initio, vel post scheva mutum, imprimere dagesch lene: quod sc nos earum aliàs aspiratos, nonnihil indurat ut בָּחַר elegit אֶסְפֹּר plangam מַשְׂכִּיל intelligens. Excipe scheva, quod est ex origine longâ, ut פִּקְדוּ ex פָּקוּד.

Sic Syri Kuschoi. Non vero cæteræ.

X. Tandem quarum prima est אינ vel secunda יי aut duplicata, vel tertia אהחע: illa plures anomalias sustinent, adq; peculiares imperfectorum classes pertinent de quibus in ipsa Harmonia reg. 61 & seqq.

## 3. USUS in Analysi.

Si in textu offendis verbum ab איתן incipiens vel in תָּ, תִּי, נוּ, תֶּם desinens, percurre circulos, donec vocales & augmenta præcisè correspondeant: sic in primo circulo apparebit Tempus vel Modus, in latere dextro ascendendo Nomen conjugationis, inq; sinistro Persona, Genus, numerus. Exemplis non opus habet qui priora tenet, cum eadem sit Analyseos ratio, quæ Geneseos. Si demum nonnulla incommodè minusq; sufficienter videntur dicta, tum difficultati materiæ, tum etiam brevitati, cui studuimus, benignè ascribantur, sperantes & alia occasione (si quæ operæ pretium duxerimus) defectum nos compensaturos.

FINIS.

Interdum hæc compensatio præsertim cum Gutturalibus omittitur, apud Chaldæos quoq;, ut נְאַץ irritavit. לְהֵט chal. לַהֵט inflammavit בְּעֵת chal. בַּעֵת perterruit; Non valet in cæteris LL. quæ partim dagesch respuunt.

V. Si secunda vel tertia est Gutturalis aut Resch (vel significatio intransitiva) tunc terminationes holem & zeri plerunq; in patha mutantur apud Ebræos, ut

pro hisce בְּלֹע יִשְׁכֹּב שְׁלֹח

usurpantur בְּלַע יִשְׁכַּב שְׁלַח

Apud Chaldæos & Syros solum zeri sic mutatur: Arabes & Aethiopes id non observant.

VI. Si tertia radic. est una ex עחה tunc post longas: וּיֵ. assumit patha genusa (ante consonam suam legibile) vel breve convertit in patha vicarium (Milhei) ut

pro בֹּרֵחַת רֹצֵח הִרְשִׁיעַ גֹּבַהּ

dic בֹּרַחַת רֹצַחַ הִרְשִׁיעַ גְּבַהַּ

elevari, improbavit, occidens, fugiens.

Sic apud Chaldæos, non vero apud reliquos; carent enim tum figura tum sono hujus patha genusa.

VII. Quæcunq; radicalis est Gutturalis, ea scheva mobile sub se in Chateph patha convertit apud Ebræos & Chaldæos, ut אֲהֵבוּ pro אְהֵבוּ dilexerunt אֲמַרְתֶּם pro אְמַרְתֶּם dixistis.

Apud Syros verò Olaf & Judh suum scheva convertunt, illud in revozo, hoc in chevozo,

Non valet apud Arabes & Æthiopes.

ut pro ܐܟܠ ܝܠܕ

dic ܐܟܠ ܝܠܕ

comedit, peperit

aliquam ex hatephatis, augmentumq; antecedens similem brevem: hoc est, 1. Hateph patha & patha in Futuris Kal & Hiphil, ejus Participio,

ut pro מַאמִין יְהַלֵּךְ תַּחְלִיף נִעְבַר

est מַאֲמִין יַהֲלֵךְ תַּחֲלִיף נַעֲבַר

transibimus, mutabis, ambulabit, credens.

Excipe Aleph tam servile quam radicale, futuri Kal & quædam alia maximè intransitiva, quæ more sequentium Hateph sægol habet, ut אֱאֱלֹךְ ambulabo, תֶּאֱנַק clamabis, &c.

2. Hateph sægol & sægol in præteritis Niphal & Hophil atq; participio Niphal. v. g.

pro הְאֵבִיר נְהַרַג הְחְזִיק נִעְנַשׁ

est הֶאֱבִיר נֶהֱרַג הֶחֱזִיק נֶעֱנַשׁ

multatus est, apprehendit, occisus, perdidit.

3. Hateph Kamez & Kamez Chatuph in tota Hophal, ut עֳמַד sistetur מָאֳחָז comprehensus.

Nota tamen, pro composita vocali interdum Euphoniæ causa manere simplex scheva mutum, ut תַּחְפֹּץ delectaberis.

Hoc frequens est apud Chaldæos, frequentissimum vero apud cæteros, qui scheva compositum prorsus respuunt, ubi tamen illud ex analogia Ebræa ponendum, adhibent Syri simplex, vel etiam petocho aut revozo: ceu ex Reg. 11. d. 1.

IV. Si prima vel secunda rad. est indagescabilis (quales sunt Gutturales & Resch) tunc ex præcedentibus brevibus, per compensationem dagesch amissi, fiunt analogæ longæ, juxta hanc tabellam:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ◌ֻ | ◌ִ | ◌ַ | ex |
| וֹ | ◌ֵ | ◌ָ | fit. |

ut pro בֻּרַךְ מְבַרֵּךְ מְבֻרָּךְ dicitur בֹּרַךְ מְבָרֵךְ מְבוֹרָךְ

benedictus, benedicens, benedixit.

Inter-

absoluta colorum & deformitatum in 10: Conj: petitionem & confessionem designantes. Duæ ultimæ rarissimæ sunt & simplicem retinent significationem, aut nonnihil intendunt:

## VARIATIONES.

Propter quasdam literas paululum disceditur ab analogia paradigmatis, sibilo consonantes, Aspiratione autem vocales mutante ut sequitur I Si prima radicalis est una ex sibilis וצשׁז tunc Thav characteristicum Hitpahel ei postponitur: & insuper post ז in ד post צ in ט mutatur:

Exempli gratiâ:

pro מִתְדַּבֵּר הִתְדַּבֵּר הִתְזַמֵּן הִתְסַבֵּל הִתְצַדֵּק הִתְשַׁבַּח
dic מִדַּבֵּר הִדַּבֵּר הִזְדַּמֵּן הִסְתַּבֵּל הִצְטַדֵּק הִשְׁתַּבַּח

laudavit, justificavit, oneravit, præparavit, locutus est:

Similiter apud Chald. & Syros in Ithpeel ac Ithpael, exempla videbis in Harmon. Reg. 54. Apud Arabes in octava Conjugat:

cum prima radicalis est { ص ض ط ظ / ز } pro ت characteristico usurpatur { ط, ut اِصْطَرَبَ / د, ut اِزْدَلَفَ }

II. Si prima radicalis est affinis pronunciationis, nempe רטת tunc euphoniæ causâ in eam contrahitur per dagesch apud Ebræos & Chaldæos, per Tesdid apud Arabes. Syri autem atq; Aethiopes istam Syncopam ignorant, illi enim sæpe vel tria Thau subsequentia admittunt, uti in circulis ostensum.

Sic Arab literæ ث vel د, ذ in ت prius mutatæ coalescũt

III. Si prima radical. est una ex Gutturalibus (vel aspiratis) אהחע, tunc apud Ebræos pro scheva muto habet

 aliquam

III. Tonus rectè locandus est: sunt autem Milhel sive penacutæ personæ apud Ebræos 1. Præteritorum in תָּ תִּי נוּ Participiorum in הָ, 3. Imperat. & Futur. in נָּה 4. Conjugat. Hiphil. in וּ י ה desinentes. Apud Chald. & Syr. prima pluralis: apud Arabes ac Aethiopes secunda & prima utriusq; numeri. Cæteræ omnes Milra h. e. accentum in ultima gerentes apud Ebræos, Chaldæos, Syros: At apud Arabes ac Æthiopes in antepenultima, nisi penultima producta fuerit vel composita ut Reg. 16. H. d. ostenditur.

IV. Significationes ex ascriptis notis facilè dijudicabuntur. Nec metus est confusionis, modo quis ad circulos personam, numerum & genus temporis cujusvis repræsentantes attendat. E. g in circulo quinto τὸ I. in Præterito non potest aliud quam visitavi, significare, inq; Futuro visitabo, non visitabis, nec visitabit &c. sic quoque in aliis linguis.

## 2. in aliis verbis

## CANON

I. Pro paradigmatis 3. literis פקד substitue tres alias tui Thematis, cæteras serviles nec non vocales retine, quales sunt in typo.

E. G ad form. פָּקַד פָּקְדָה פָּקַדְתָּ פָּקַדְתְּ פָּקַדְתִּי visitavit.

inflecte ista כָּתַב כָּתְבָה כָּתַבְתָּ כָּתַבְתְּ כָּתַבְתִּי scripsit.

& omnia שָׁמַר שָׁמְרָה שָׁמַרְתָּ שָׁמַרְתְּ שָׁמַרְתִּי custodivit.

Similiter in cæteris LL. valet.

II. Non omnia per omnes conjugationes flecte, sed usum specta: quem, si adhuc desit, consultum Lexicon suppeditabit.

III. Inde etiam disces significationum vicissitudines, quæ plerunq; sunt in 1. Conj. intransitivæ. in 2. Conj. transitivæ. in 3 Conj. frequentativæ. in 4. Conj reciprocæ: Apud Arabes & Æthiopes in 5. 7. & 8. Conj. absoluta formantes & passiva: in 6 Conj. cooperationem denotantes, ut Latinorum composita per con. in 9 & 11. Conj formantes

ablo-

קִיר esse dicendum, sicq; pro קִירֹ & קָרָה in eadem Hiphil קִירָה & קִירוֹ reponendum. Pari modo in paradigmate Chald. & Syro procedendum, quæ sororio quasi vinculo adeò sunt connexæ, ut qui unam probè cognoverit, tenuerit & alteram, exceptis paucissimis in regulis ostensis; Nam pro פְּקַדַת Syrus dicit פְּקֶדֶת Sic pro פְּקַדְתְּ ait פְּקַדְתְּ Syrus, &c. Reliquæ licet scriptione differant, tamen pronunciatione interdum vocalium respectu, interdum characterum conveniunt, prout circuli innuunt.

2. In Participiis rursus terminationes Ebr. קָרִים קָרוֹת קָרָה compone cum פּוֹ in Kal, cum נִפְ in Niphal &c. Chaldæi, Syri ac Æthiopes ה & ם in א & ן, juxtaq; prior biga ה sic convertit. Arabum terminationes demonstrantur supra. Facta g. nunc illarum compositione habebis apud Ebræos in Benoni Kal פּוֹקְדָה פֹּקְדוֹת &c. Licet & Fœminina Sing. Conjugat. omnium (præterquam Pael & Hiphil) in ת .., formare, ut פּוֹקֶדֶת נִפְקֶדֶת &c. apud Chald. & Syros פָּקֵד פָּקְדָא פָּקְדִין פָּקְדָן ista compositio in cæteris quoq; est adhibenda.

3. Imperativis Passiva carent apud Ebræos & Arabes: excipe Ebræorum Niphal, cum activè vel neutraliter significat. Flectuntur autem literæ פ syllabas terminales apponendo hoc modo Ebr. פְּקוֹד פִּקְדִי פִּקְדוּ פְּקוֹדְנָה Apud Chald. & Syros similiter variante puncto sub media radicali ille in Kibbuz, hic in Ezozo, ut & terminat. נָה in נָא Chald. inq; ܢܝ Syr. Arabes autem ac Æthiopes omnino Ebræum æmulantur, nisi quod ille vocalem insuper 2dæ rad. invariatam retineat ac ה finale abjiciat, isti verò tantummodo vocalis nempe a longum remaneat.

4. Initiali seu nudæ voci similis est Infinitivus apud Ebræos, apud cæteros neutiquam, qui apud Arabes saltem in Passivis deficit. ut ex circulis est liquidum:

5. Futuris præmittuntur Augmenta אית״ן antecedentia, quæ si unam communem habeant vocalem, omnibus subjicitur, si verò Aleph habeat peculiarem, notatur ea supra Reg. 1. de Futur. combinentur demum ut in prioribus temporibus,

(exclusis tantum apud Syros tertia fæm. sing. apud Ebræos secunda & tertia plur. fæm. ubi manent: nisi quod in Hiphil 2. fæm. sing. 2. & 3. Masc. plur. pro Zeri usurpetur chirec longum) in scheva corripiuntur: quod etiam apud Ebræos τῷ holem: apud Chaldæos τῷ Kibbuz: apud Syros τῷ Ezozo contingit; apud hos & illos quidem perpetuò, apud istos vero illis saltem in locis, quibus patha & Zeri corripi solet.

4. Vocalis literæ ר amittitur, quotiescunq; augmentum adnectitur consequens, cujus vocalem in illius locum succedere ex ipso circulo cuivis statim apparet.

VI. Notæ latinæ utrinq; in præterito adscriptæ sunt suis ubique formis respondentes, quarum dextræ essent vice denominationis conjugationum Activarum ac Passivarum. Sinistræ verò personarum, generum & numerorum significata distinguerent.

# II. USUS
## in Paradigmate

Quod norma est reliquorum. Ejus artificium omne dependet tum à perfecta vocalium permutabilium cognitione, tum apta disjectarum syllabarum combinatione. Conjugaturus itaq; verbum פָּקַר sic age: conjunge voces, quæ à latere dextro cujusvis linguæ locantur, cum hisce quæ à sinistro apparent. v. g. in Præter. conjug. 1. Act. Ebræorum (vel aliarum) combina syllabam פָּ cum terminationibus communibus ascendendo, קַר קָרָה קַרְתָּ קַרְתְּ, קַרְתִּי &c. Sic habebis פָּקַר פָּקְרָה פָּקַרְתָּ פָּקַרְתְּ, פָּקַרְתִּי &c. Si vero desideras Niphal, nihil mutas nisi in locum τοῦ פָּ syllabam נִפְ substituas, uti ex secundo circulo lateris dextri lucescit. Si Piel in hujus locum τοῦ פִּ cum sequenti dagesch fort. ex tertio circulo lat, dext, & sic deinceps. Præterea diligenter attende canones de Præterito positos, nuncubi quid exceptionis importent? Nam Can. 1. docet Kamez τοῦ פ in 2. plur. utriusq; generis in Schva converti fit igitur פְּקַרְתֶּם פְּקַרְתֶּן. Can. 2. monet, pro קַר in Piel & Hithpael קֵּר, in Hiphil v. קִיר.

## DE INFINITIVO

IV. In solo Kal variatur, apud Ebræos n. triplex est, utpote פְּקוֹד , פְּקֹד , פָּקוֹד hæc ferè tantùm Neutris, illæ verò activis serviunt. Syris in omnibus Conjugat. peculiare est adhibere characteristicum Mem ante radicales; qnod Chaldæi in Kal & Aphel imitantur. Apud Arabes transitivorum regularis est قَتْلٌ transitivorum autem, si media radicalis in Præterito habet fatha, قُتُولٌ si damma, قُتُولَةٌ vel قَتَالَةٌ si *Kesra*, قَتَلٌ: exempla vide sis in Cl. Erpeni Rudim. p. 50. Sed innumera excipiuntur, quæ aliter infinitivum formant, adduntq; Grammatici hisce quinque formis alias 28, ut 33. sint in universum. Aethiopes etiam præfixa בכלם vulgò dicta adhibent ad gerundia formanda, ceu Reg. 52. d. H. docetur.

## DE FUTURO.

V. His quatuor ab initio literæ serviunt, ut pote א primæ singulari, נ primæ plurali, י tertiis Masculinis (pro qua Syri utuntur Nun, etiam ad tertiam fæm. plur. designandam, ad quam Ebræi ת adhibent. Atq; hinc fit quod tertia sing. Masc. & prima pluralis, semper apud Syros sit eadem, quia utraq; per Nun characteristicum formatur, ac æquè desinit.) ת cæteris. Singulæ certas requirunt vocales.

1. Omnes eam vocalem, quam in persona habuere prima, assumunt quoq; in reliquis, exceptis solummodo segol & chateph patha Ebræos & Chaldæos, qui utrumq; in personis cæteris mutant, hoc quidem in scheva simplex, illud in chirec parvum. Apud Syros Revozo sub Olaf conjugationis Pael in cæteris in scheva mutatur. Apud Aethiopes *a* breve 7g̃ Alph Conjugat. Pahola & Apohala i.e. secundæ & tertiæ in *a* longum producitur.

2. Vocalis 7g̃ פ sicuti & cæterarum literarum, si quæ præter charact. איתן præcedant, manet invariata.

3. Vocalis literæ פ itidem apud Arabes Æthiopesq;, apud Ebræ. v. Chaldæos ac Syros a breve & e longum ob vocis incrementum

(exclu-

De vocalium permutatione sequentes observato canones:

1. Vocalis 7ẍ ב sive primæ rad. sicuti & aliarum, si quæ in conjugat. reliquis insuper fuerint præfixæ, literarum, ubivis stat immobilis.

2. Vocales 7ẍ פ sive secundæ rad. manet per omnes personas numerosq; talis, qualis in singul. fuit. Excipe tamen apud Ebræ: Chald: & Syros a breve & e, quæ in incremento mutantur in scheva, & tum si aliud præcedat scheva, illud præcedens juxta Reg. 125. H. d. mutatur.

3. Vocalis 7ẍ ד sive tertiæ rad. in incremento apud Arabes in fatha: apud Aethiopes v. in a longum convertitur.

4. Participia apud Arabes in tribus conjugat. extra circulos locatis habebis, Mim pro characteristicis Futuri posito, atq; vocali ultima Nunnata, ut ex يُقَاتِلُ fit مُقَاتِلٌ Et *fatha* si adfuerit, in damma mutas, ut ex يَتَقَاتَلُ fit مُتَقَاتِلٌ.

# DE IMPERATIVO.

III. Augmenta tum antecedentia tum consequentia utroq; ex latere lucescunt; ideoq; vocalium saltem mutationes ex regulis hisce:

1. Vocalis 7ẍ ב (hoc est primæ rad.) manet invariata, nisi apud Ebræos in Fæm. sing. & Mascul. plur. ubi in scheva mutatur, quod postmodum juxta Reg. 125. d. H. propter aliud scheva consequens in chirec vertitur; apud Aethiopes in Fæm. utriusq; numeri in scheva invariabile.

2. Vocales 7ẍ פ sive secundæ.rad.apud Chald.Syros&Arabes manent immotæ; apud Ebræos v. in Fæm. sing.& Masc.plur.sicuti & apud Aethiopes in Fæm. utriusq, numeri in scheva corripiuntur.

3. In Conjugationibus Ethpeel, Ethpael ac Ethaphal Syri 7ö ב seu primam radicalem petocho immutabili, 7ö פ v seu secundam lincolâ (occultante) adficiunt.

De

3. Arabes ac Aethiopes vocalem ְ ר (h. e. tertiæ rad.) in 1. & 2. person. utriusq; generis tam sing. quam plural. (quod etiam in Dualis, quo Aethiopes carent, personâ secundâ Arabes faciunt) in scheva seu giezma vertunt, vel vocalem characteris scil. damma substituunt, puta in 3. person. Masc. plur.

4. Arabum Tesdid supra ר (h. tertiam lit. rad.) positum resolvitur, si posterius giezmetur i. e. giezma notetur (quod est nota ְ scheva Ebræorum quiescenti respondens, uti p. 16. 36. prædictæ Harm, ostenditur) id quod in conjugationibus IX. & XI. contingit.

5. Arabes in formandis reliquarum conjugat. passivis penultimam vocalem sc. fatha in Kesra, ac anteriores in damma mutant, ceu ex circulorum tabellis videre est. Nam remove literam *Wau* sextæ conj. tunc Passivam quintæ habebis. &c.

Augmenta andecedentia in unaquaq; lingua latus repræsentat dextrum.

Tertia in circul. apud Arabes posita conjug. alioquin â Grammaticis quarta salutatur, quam tamen tertiæ loco pr pter analogiam seu harmoniam cum cæteris, quæ omnes literam א vel ה præfigunt, aptiorem, adhibuimus.

# DE PARTICIPIO

II. In sola Kal est geminum, Benoni scil. & Pahul apud omnes, præter Arabem, qui interdum saltem horum simile proponit: in cæteris unicum, sed augmento â fronte auctum, quod in latere dextro prospicitur. Ubiq; autem flectitur more Nominum terminando Masculinum Duale Arabum (quo reliqui destituuntur) in ان plurale in ים apud Ebræ: in ין apud Chald. ac Syros: in ون apud Arabes: ፡ apud Aethiopes. Fæmininum sing. in ה vel ת apud Ebræos: in א apud cæteros præter Arabem, qui singulare in ة Duale in تان facit: plurale in ות apud Ebræ: At apud Chald. ac Syros in ן: apud Arabes in ات: apud Æthiopes in ት:

| Person. | SINGULARIS. | | | | | PLURALIS. | | | | | Genus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Ebr. | Chald. | Syr. | Arab. | Æth. | Ebr. | Chald. | Syr. | Arab. | Æth. | |
| 1 | תִּי | תֵ | ܬ | تُ | ኩ | נוּ | נָא | ܢ | نا | ነ | Com. |
| 2. | תְּ | תְּ | ܬܝ | تِ | ኪ | תֶּן | תֵּן | ܬܝܢ | تُنَّ | ክን | Fæm: |
| | תָּ | תְּ | ܬ | تَ | ከ | תֶּם | תּוּן | ܬܘܢ | تُمْ | ክሙ | Masc: |
| Perfect. 3. | ָה | ַת | ܬ | تْ | ት | | אָ | ܝ | نَ | ā | Fæm. |
| | | | | | | וּ | וּ | ܘ | وا | ū | Masc. |
| 2. | DU | A | LIS | تُمَا | | | | | | | Com. |
| 3. | | | | تَا | | | | | | | Fæm. |
| | | | | ا | | | | | | | Masc. |

Sunt autem per omnes Conj. eadem: unde fit, ut *Præteritorum* similes personæ similiter ubiq; terminentur, exceptis sequentibus hisce קָר, quod ter apud Ebr. apud Chald. quinquies: Syros quater: Æthiopes bis. קָרוּ & קָרְה quæ singula semel apud Ebræos mutantur; apud reliquos verò neutrum, prout Regulæ innuunt subsequentes:.

# DE PRÆTERITO.

1. Apud Arabes ac Æthiopes vocalis τῶ פ (h.e. primæ lit. rad.) in personarum formatione manet: apud Ebræos solùm τὸ in 2. plur. utriusq; generis in scheva convertitur. Scheva v. apud Chald. in *Chirec*; apud Syros in *Revozo* mutatur, si nimirum aliud scheva, (quod ex circulis liquet) sequatur. juxta Reg. 125. Harmon. laudatissimam.

2. Arabes vocalem τῶ ע (h. e. secund. lit. rad.) ubiq; retinent Ebræi v. Aethiopes, Chaldæi ac Syri a breve in scheva convertunt: prior quidem biga in 3. person. Fæm. utriusq; numeri: posterior autem in 1. & 3. fæm. sing. Τὸ Zeri Chaldæi & Syri pariter retinent ubiq;, nisi in fæm. 1. & 2. person. sing. conjugat: Pael atq; Aphel, ubi in Scheva transit. Chirec magnum Hiphil apud Ebræos in patha mutatur, excepta 3. proson. utriusq, numeri, ubi manet invariatum.

3. Ara-

# I. DECLARATIO

## PARTIUM

CONjugationes *Ebræorũ* sunt quatuor; *Chaldæorum* ac Syrorum tres: *Arabum* tredecim: *Aethiopum* sex. quarum quælibet per *Activam* & *passivam* flectitur: exceptis quarta apud Ebræos, nona ac undecima apud Arabes, & tribus posterioribus apud Aethiopes, quæ sunt uniformes. Quænam autem leves vel graves sint, ex dagesch fortis, vel Arabum Tesdid absentia vel præsentia patescit. Syris cum Aethiopibus, siquidem dagesch illud prorsus ignorant, cunctæ sunt leves.

*Tempora* tantum habent bina; Præteritum nempe & Futurum. Nam Præsens plerumque circumscribitur.

*Modos* verò tres, Participium, Imperativum atq; infinitivum. Cum autem Arabicæ haud universæ in latere cujusvis dextero collocari potuerint ob spacii angustiam, reliquas ideoq; extra circulos tabellæ exhibent, at formationem passivarum desideratarum Regulæ paulò infrà ostendunt.

Singula subdividuntur in *personas*, quæ generibus quoq; numerisq; differunt. Nam & in verbis sexum distinguunt Orientales. Ordo ipsarum arbitrarius est; in hoc quidem conveniunt, quod in præterito à 3. quæ Radix est, in Futuro autem à 1. sit incipiendum, serie arbitraria. Mihi placuit ista, quæ similium accidentium formas associat, ut scilicet omnibus eadem in eodem circulo quadraret persona, numerus, genus ac conjugati·. Sed nunc de singulis sigillatim:

I. PRÆTERITA novem habent variationes apud Ebræos ac Æthiopes: decem apud Chald. ac Syros: tredecim apud Arabes. Initialis semper in ipsam Radicis literam desinit; cœteræ, in serviles, quæ dicuntur Augmenta consequentia: horum potestates officiaq; præsens indicat Tabella:

# L. B. C.

S.

Exhibemus hîc TIBI Informationem ad typum ſive circulum Conjugationum Orientalium, â viro inſigniter doctọ linguarumq; harum peritiſſimo C. N. Amico noſtro ſuaviſſimo adornatam: quam ſi juxta cum rotâ Conj. fideliter memoriæ impreſſeris & unum alterumq; verbum ſecundum thema formaveris dubitamus nulli, quin in Linguis hiſce, quas tractamus Orientalibus, feliciter ſis progreſſurus. B. V.

I. DE.

2

# CIRCULUS CONJUGATIONUM PERFECTARUM ORIENTALIUM, EBRÆÆ, CHALDÆÆ, SYRÆ, ARABICÆ, ÆTHIOPICÆ,

*harmonicè delineatus & explicatus juxta methodum*

CL. VVILHELMI SCHICKARDI

Sumptibus Christiani â Saher Bibliopolæ Erffurtensis

*JENÆ*

Prelo Sengvvaldiano & Freyschmidiano,

ANNO M. DC XLVI.